extra portas deferentium pueros super sinum credentium processum dolorosum et maritosum turpissimum finem clamantium ve ve et de gressu penitus desperantium. Item florentinorum venientium in succursum astantium de foris prope muros videntium necem fratrum et quasi proprii sanguinis aspersiones et nequeuntium illis dare suffragium! His actis recesserunt florentini reportantes cum luctu merorem. castellanis remanentibus cum letitia. licet elapso brevi tempore sit in eius contrarium ipsa conversa.

Elapsis annorum brevibus circulis cum senenses plurimum exultarent quia superaverant castrum quod dicitur monsalcinum consulibus et militibus florentinis ibidem tunc temporis existentibus in auxilium cum eisdem. inceperunt regionibus utique dominari